

regulis, quæ posteri, breviori dono-
rum mensura, sed largiori apparatu
ac exemplorum uberi copia instru-
cti, paulatim deinceps in disciplinæ
formam & regularum numerosam
seriem redegerunt. Nam a primo-
rum Ecclesiæ, per Lutherum refor-
mata, Heroum excessu, decrescen-
tibus, ut dixi, eminentibus donis,
quæ sita sunt discendi compendia
partim, partim singulis exegeteos
partibus hinc inde impensa fuit spe-
cialis industria, prout tractantium
vires ferebant, aut dies & occasio
suggerebant. Laudabilis tum im-
pensa fane est opera excolendae
hinc τῆ συνὰ φη̄ dictorum sacrorum,
facta per diligentem inquisitionem ne-
xus, antecedentium & consequen-
tium, præeunte maxime Franzio :
illinc parallelis locis & phrasibus
conquirendis & apte adhibendis,
duce Balduino. Habita est alibi ma-
jor